



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Theobaldi presbyteri, eremitæ & confess.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

quia persecutor nō inuitus indulget pœnaru[m] in-
crements & ipse Paulus, alter cruce, alter gladio
necatus est.

VITA S. THEOBALDI PRESBITERI,
Eremitæ & Confessoris. ex ea quæ est optima fide
apud Surium. Floruit temporibus Henrici Auguſti,
& Henrici Regis Francorum, & filij eius Philippi.

Theobaldus e gente Fracorum, territorio Se. Iunij 30.
nonensi oriūdus, patre Arnulpho, matre ve- Parentes S.
rò Gilla, flos ut ita dicam è spinis erupit. Illi Theobaldus
enim & diuitiarū & nobilitatis gloria elati splen-
didè vitam ducebāt: Theobaldus verò alripis pœ-
nē incunabilis inediā & pauperratē sebat: omnesque corporis delicias respuens solus plerum-
que de pietatis studio & suauitate cœlestis discipli-
nē consilia agitabat. Degebat id temporis in castro
Prunino Odonis Campaniensis qui affinitate The-
obaldum attringebat, cumq[ue] modis omnibus ad
eandem mundi vanitatem secum abripere niteba-
tur. At adolescens optimæ indolis ne per abrupta
viorū paulatim abiret, sedulò de eremi solitudi-
ne incolenda cogitare coepit. Aemulabatur Pauli
& Anthonij vitæ austерitatem, vietus tenuitatem,
vellum asperitatem, animi contemplationem &
angelorum in solidudine contubernium. His igitur
& huiusmodi facibus accensus, clandestina disces-
sione adiit quendam eremitam in quadam insula
Sequanæ latitantem: cum quo omnia sua consilia
cogitationesque de imitatione Sanctorum cōtulit. Affumit ful
Inito igitur consilio, affum proque Gualtero quodā instituti fo-
milite locio, ascensis vterque equis, cum singulis cium
armigeris ad Rhemensē ciuitatem peruererunt.
Quam simulatque ingressi sunt ante omnia apud S.

Remi-

Remigium, nūmine salutato, animū protinus ad
eremiticā vitā cultum obfirmāruit.

Igitur ut ardua consiliorum suorum quād ac-
curatissimē cegeret, occasione viendorum amico-
rum armigeris atque equis in hospitio relictis, pe-
des in viam cum fideli milite se dedit. Paululum
verā progressū inuentis duobus peregrinis pretio-
sa vestimenta, quibus erant ornati, largiuntur; se-
quē vicissim optato sacco induunt. Deinde reli-

Incedūt nu- quum iter nudis pedibus, & capite itē nudo ad Pi-
dis pedibus tingum vsque (qui locus in Teutonicorum regno si-
& capite). tūs est) confecerunt. Ibi deuio & obscurō quadam

loco aliquamdiu delitūre, & voluntariam pa-
pertatem Christi amore sustinentes multo labore
victum sibi quæritarunt: simulque ut Christiana
humilitatis, quæ cæterarum est parens custosque
virtutum, solida iacerent fundamenta, vilissimi
quæque rusticorum opera obibant. Tenuissimo ve-
rō nummorū quæstu collecto, inde nudis pedi-
bus ad S. Iacobum in Galicia Hispaniæ perrexerūt.
Cūm autem votis precibusque ex animi sententia
ibidem persolutis reuerterentur, diabolus in itine-
re humana specie assumpta varias ejus infidias stru-
xit: qui tamen fusus fugatusque ac Theobaldi pre-
cipuum virtutem sanctitatemque reueritus est. In-
dē Treuerim delatus salutatis ibidē amicis & pa-
tre haud mediocri dolore tabescente cōsolato Ro-
mam petijt ut Hierosolymas indē contendere.

Hac igitur intentione Italiz fines oberrans tan-
dem ad locum quendam, cui vetustas Salanica no-
men indidit, peruenit. Perlustrato verò lōco in sal-
tu quodam fatis spatiose veteris quasi ecclesiæ rui-
nas ibidem reperit: ubi paruo viliique tugurio ra-
ptim excitato angelicam in terris vitam emulari
coepit.

Venit Tre-
uerim.

cœpit. Et primò quidem pane & aqua vicitare & extrema inedia carnem macerare, deinde à pane omnique potu abstinenſ fructibus tantum & herbis earumque radicibus vitam sustentare. Postquam verò aliquandiu hoc modon non sine magna sanctitatis opinione Christo ibidem famulatus esset, in *Fili sacerdos* Vincentina ecclesia sacris omnibus initiatus est. Tum verò multò maiora animo moliri cœpit: non quo modo se tantum, sed alios omnes ad eximiam sanctitatem perduceret. Biennio autem expleto, ex quo vir sanctus iam dictū cooperat incolere locum socius eius Gualterus vita functus est.

Porrò Theobaldus cùm eiusmodi viæ cursum magno animi fructu sineulla offensione tenuisset, mox granioribus prelijs & occultis apertisque dæmonum insidijs exagitari cœpit: neque tamen diuina in medijs tentationum procellis defuere solatia: prorsùs ut non raro angelica visitatione consolaretur: & diabolica caligine discussa incredibili quodam mentis iubilo perfunderetur.

Interea cùm fama sanctitatis eius nominisque Parentes et celebritas longè lateque vagaretur, pater & mater visitant & eius inclyta fama permoti cum maxima nobilium mater ei ad turba ad eum venerunt. Ibi mater cùm filium, quem amissum longo tempore acerbissime luxerat, tantis cerneret charismatibus plenū, præ gaudio vim lachrymarum fudit: & inter lachrymosa suspiria dubitare cœpit: an patria & viro & liberis relictis Theobaldo adhæreret. Tandem post varias fluctuantis animi procellas abruptis omnibus seculi retinaculis soli Domino Deo cum filio seruitura adhæsit. Itaque quę magnā in mundo possederat prædiorum amplitudinem, vnius breuis cellulæ cum filio Deo famulatura elegit solitudinem. Cui filius

useum

944 VITA S. THEOBALDI,
us cum tanta fragilitate obsecutus est, ut non facilē quest enarrari.

Biennio vero antequām ex hoc mundo migraret ita corporis vulneribus obsitus fuit, ut neque gressum figere, neque ori suo manu ministrare possit. Neque tamen illa corporis infirmitate à proposito vitæ rigore potuit flecti. Cumq; duodecimus annus volueretur, ex quo patriam reliquerat, **Nouem annis vixit solitarius.** (nam tribus annis peregrinatus, & nouem in solitudine exegit) ingrauescente ulcerum valerudine, corporis vigore planè destitui coepit. Accersito igitur Petro Abbatē intima sibi familiaritate conjuncto, matrem, suosque spirituales filios cum totius eremi cura illi commendat. Ante verò diem tertium quām corporis vinculis solueretur, **Terrēmotus.** quies ingenti motu terra quassata fuit. Cumq; diu in agone desudasset, epulo cœlesti, quo sanctissimum Christi corpus Christianæ nationi porrigitur, refectus, cùm læpiūs iterasset: Domine misere populi tui diuinis fatigatum officijs spiritum Deo tradidit. Sacrum eius corpus fuit multorum lachrymis & crebro singultu in basilica Virginis matris, ad cuius titulum Sacerdotij functus est honore, honorifice conditum. Ibi verò quantis quamq; stupendis coruscat mirabilis nulla vis orationis explicare potest.

FINIS TOMI SECUNDI.